



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

IV. Herzog Barnim von Pommern schenkt den Tempelherren das Land Bahn und begiebt sich zu ihren Gunsten seiner Rechte an Küstrin, am 28. Dezember 1235.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

alia parua villa adiacente et lacum etiam Rogov. Ad hec villas duas Oporino et Moclifov pertinentes ad zun. Contuli quoque dicte domui templi villam velikauetz cum omnibus suis attinentiis. Insuper chvartfane villam, super mizzla fluvium sitam, cum mille mansis et foro infra terminos illorum habendo iure et more teutonicali omniaque supranotata domino deo contuli cum omni libertate et vtilitate, que eis in presenti suppetere poterunt et in futuro. Ceterum vt mea donatio heredumque meorum perpetuam apud successores nostros obtinere possit firmitatem, presentem paginam scribi sigillique mei appensione precepi decorari, Testes quoque subnotari, quorum sunt hec nomina: Dominus Paulus, poznan. episcopus, Bogumil, castellanus de bnim, Bronis woido, Albertus, castellanus de poznan., Kystamp, castellanus de stargard, Cécirad, castellanus de Cybusim, lutognev, venator de kalis, et alii quam plures nobiles. Acta autem sunt hec Anno Incarnationis dominice Millesimo Ducentesimo Tricesimo Secundo, Indictione Quinta.

Wohlfbrück a. a. D. I, 61.

III. Herzog Barnim von Pommern verzeignet dem Tempelorden 200 Hufen Landes mit dem Dorfe Darmiezal, im Jahre 1234.

— — Barnim, Dei gratia Dux Sclavie, vniuersis crisi fidelibus inperpetuum. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos Ad honorem dei et sancte Marie in subsidium terre sancte Iherosolimitane fratribusque militie Templi villam, que dicitur Dargumiz in terra Chinz iuxta Aquam, que Mizla wlgari nomine appellatur, cum Ducentis mansis, cum omni libertate et vtilitate, nec non Jure Teutonicali contulimus et donamus possidendam. Huius rei testes sunt Barnizlaus, Svytin, Jacobus, Simon, Wensclaus, Gustifclaus, Mirofclaus, Chalo, Magister in Staregarde, et Cristianus, frater eiusdem loci, et alii quam plures. Vt autem hec nostra donatio firma sit et stabilis, sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec in Staregarde, Anno domini M^o. CC^o. XXXIII^o.

Wohlfbrück a. a. D. I, 66.

IV. Herzog Barnim von Pommern schenkt den Tempelherren das Land Bahn und begiebt sich zu ihren Gunsten seiner Rechte an Küstzin, am 28. Dezember 1235.

In nomine domini amen. Nos Barnimus, dei gracia Dux Slavorum, fidelibus vniuersis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Religiosos viros, Fratres domus militie Templi Hierosolymitane, pro religione et honorificentia sua tanto propensius

Zelo nominis Christiani decet diligere speciali prerogativa dilectionis quemlibet Christianum, quanto puriorem devotionis fervorem super Orientalis ecclesie tutela exhibent efficacem. Ea propter tam presentibus quam futuris notum esse cupimus, quod nos Barnimus, Dux Slavorum, inspiratione divina ejus captantes benevolentiam, a quo omne datum optimum et omne bonum profectum est, descendentes in subsidium terre sancte, quam suo Dominus sanguine consecravit, totam terram, que Banen vulgariter appellatur, cum omni utilitate, libertate, aquis, villis, pratis, lacubus et silvis, ac proventu, que in presentiarum ac in futuro provenire poterunt, Fratribus militie domus Templi de bona voluntate contulimus antedictis, cum omni jure ac jurisdictione perpetuo possidendam, plenam addentes eis, ut in civitate ipsorum, Banen vulgariter appellata, forum habere possint, facultatem, ab omni jurisdictione nostra liberum et immune, sic quomodo sibi ac suis commodum viderint ac profectum generare. Hoc adjecto, quod jus civile ad consuetudinem Brandenburgensis ditionis in sua terra rite observari Fratres faciant ante dicti. Limites vero jam predictae terre Banen, videlicet nuncupate, hijs terminis distinguuntur. Limitantur nempe primo a ponte, qui vocatur Michelesbrukke, ubi perfluit fluvius Colpiz dictus; de jam dicto ponte per medium stagni, quod Pynnow dicitur, deinde ad collem Banewitz nuncupatum, postea per antiquam viam usque ad altum pontem, ubi perfluit aqua Tywe; a quo ponte per antiquam viam ad IV arbores sitas in fine nemoris, dicti Bochwalt, deinde per vallem, que descendit per idem nemus usque ad situm, qui vocatur Silve renmos, deinde per antiquam viam, que Lantstig dicitur, usque Stenwer in fluvium Roreke vulgariter appellatum. Possessionem eorundem ratam habentes et gratam, in nullo eam perturbare volentes aut turbari, ab omni advocatia, exactione ac molestia fratres predictos ac eorum homines perpetuo volumus esse liberos et immunes. Porro, si quid juris aut jurisdictionis in terra, Custerin nuncupata, ne vel a nobis aut heredibus nostris occasione talium in futuro pretextu pacti alicujus molestiam aliquam paciantur aut jacturam, omni casu aut scrupulo, qui processu temporis super eorum possessionibus posset suboriri, sopitis, nullo nobis jure aut jurisdictione in possessionibus eorundem reservatis, ad eorum utilitatem perpetuam et profectum pia liberalitate ac munificentia omnimode relaxamus. Heredes autem sepe dicte terre et villarum in ea sitarum in nostra presentia constituti, quicquid juris in ipsa terra et villis addixerant vel attribuerant sibi, bona voluntate penitus relaxarunt. Nomina vero heredum hec sunt: Barnislaus, Symon, Suitin, Jacobus, Wenzlaus, Gutislaus, Symon, Nicolaus, Leonardus, Jargoneus, subscriptis testibus viris fide dignis, quorum sunt hec nomina: Thegem, Hermannus, Sacerdotes, Chalo, magister in Staregard, Suicislaus, filius Borwari, Pribizlaus, Wiczlaus, Lytubor et alii Clerici et Laici quam plures. Ut autem hec nostra donatio terre sancte fratribus militie Templi rata et inconvulsa permaneat, presentem paginam scribi iussimus sigilli nostri munimine roborandam. Datum in Spandow, Anno Domini MCCXXXV., in die martyrum innocentium.

Nach alter Copie. Zu vgl. Buchholz Gesch. der Churmark IV, Anh. S. 64.